

§. 2. Licet subtili jure non oppignerentur, ex æquitate tamen possunt oppignerari

1. *Nomina*, hinc Creditor agit utiliter contra debitoris debitorem.

2. *Sevitutes*, tùm ob id constituendæ, tùm constitutæ, modò Creditori (forte vicino) præbeant aliquam utilitatem.

§. 3. Non possunt oppignerari, speciali exceptione,

*Arma, instrumenta rustica.*

§. 4. Nascitur hinc *Pignus*

vel *Generale*, omnium debitoris bonorum, etiam, post Justin. futurorum, etiam emphyteuticorum (non feudaliū) quæ est vel *simpliciter* talis, quæ etiam nomina & actiones, merces venales, comprehendit.

vel *secundum quid*

1. quando bona mobilia & immobilia tantùm dicuntur, excludi videntur vulgò nomina & actiones.

2. quando bona immobilia tantùm dicuntur, reliqua non comprehenduntur.

Excipe semper

1. ea quæ verisimile non est oppignerata esse,

2. quæ ab herede pignerantis prorsus, (non tantùm perfectivè, per usucap.) aliunde quæsita sunt.

vel *Speciale*, rerum certarum, etiam universitatũ, tabernæ, gregis.

NB. *Accessiones rei pigneratæ ipse tales sunt,*

*it. fructus, partus ancillæ.*

§. 5. *Moribus*, præf. Saxonis, ad immobilium oppignationem requiritur *Confirmatio judicis*, sub quo immediatè res fita,

licet sit inferior.

Extrajudicialis quidem valet contra debitorem, non verò

1. contra alium judicialem Creditorem.

2. contra eum qui bona fide rem comparavit.

Qui sciens rem ita oppigneratam emit, & quasi debitum in se recipit, tenetur etiam si pignus sit extrajudiciale.